

Jingle Bells

tinniunt, tinniunt
tintinnabula!
o tantum est gaudium
in traheā ire!

celeriter per nives
in aperta traheā
trans agros agimus
omnes ridentes.
tintinnabula
iocose tinniunt,
hilariter cantamus
carmen de traheā

Tinniunt, tinniunt
tintinnabula!
o tantum est gaudium
in traheā ire!

O come, all ye faithful

adeste, fideles
laeti triumphantes.
venite, venite
ad Bethlehem
natum videte,
regem angelorum

venite adoremus
venite adoremus
venite adoremus,
Dominum



Silent night

silens nox, sancta nox,
placida, lucida,
virginem et puerum
dulcem atque tenerum,
dormi tu placide,
dormi tu placide!

silens nox, sancta nox!
pastores iam timent
circumfulget gloria!
angelorum alleluia!
Christus natus est,
Christus natus est.

silens nox, sancta nox,
candida, splendida!
fili Dei facies
nobis praebet novas spes.
natu, Jesu, tuo,
natu, Jesu, tuo!

Five Latin carols

O come, o come, Emmanuel

veni, veni Emmanuel
captivum salve Israel
qui gemit in exilio
privatus Dei filio

gaude, gaude, Emmanuel
nascetur pro te Israel.

Away in a manger

procul in praesaepi et sine lecto,
en, parvulus Iesus dormit in faeno
stellaeque micantes despectant eum
tranquillo in somno, nostrum Dominum.

dum mugiunt boves, expergiscitur;
nec tamen ex illo auditur murmur.
amo te, mi Iesu! De caelo specta
et usque ad lucem, precor, mi adsta.

es, Domine, mecum, te rogo; mane
me iuxta aeterno, et dilige me.
pueruli omnes in cura tua
fac uti fruantur aeterna vita.